Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26040
Copyright: Admont, Benediktinerstift

qui permanserunt in ea quae firmati sunt remuneratione sunt et ordinati. noveque or-
dinibus distincti. Alioquin non iam decem tantum sed .xi. dragmas illa evangelica muli-
er habuit. et non una tantum sed duae perditae fuerunt et ceterae quoque diminutae sunt. si angelorum
iam ordinatorum unus ordo cecidit. et de ceteris ordinibus partes secum abstulit.
Sed absit hoc. Nam .x. tantum dragmas habuit sapientia dei. et ista quae requiritur ante
quam perdita immo et antequam creata fuisset secundum praescientiam et praedestinationem dei
decima et una erat ex illis. Igitur sanctorum ordines angelorum in sabbato sunt. et ex eo
throni. dominationes. principatus et potestates. virtutes. cherubyn et seraphym
sunt ex quo requieverunt. et eodem die quo requievit deus. ipsi quoque beata requie completi sunt.
Quam in requiem quisquis semel introierit. non laborabit in eternum.
Sciendum tamen quod in illo die tam bono et felici nos altius deus requiescit. Nos enim altius
vere lassi. vere peregrini et captivi. soluta captivitate praesenti respirabimus illic.
sic consolati. et illic post labores et onera reficiemur. invenientes requiem animabus
nostris. At vero deus in illo die sic requiescit ut tamen numquam laboraverit. quippe qui dixit
tantum et omnia facta sunt. Quid ergo est quod requievit deus in die isto. Non quia comparatio diei huius
facta est ad ceteros. Nam appende dies omnis super septos. et praeter duo scilicet praeter
angelum et hominem nichil est quod in se ipso noverit parare locum deo. Et in istis
quidem inhabitat deus. sed oportet ut prius semet in illis mansionem paret ipse
deus. ut in brachio suae fortitudinis operetur et gratiam construat in qua adrequiescen-
dum nominis sui gloria digne collocetur. Nullus enim angelorum vel hominum alter non p-
oposam ipsius gratiam habitationi eius fit idoneus. Operatur itaque in illis ipse primus.
et antequam domus vel mansio sua perficiatur quasi laborat. unde et lassabundus querelam
deprimens. laboravi inquit sustinens. At vero solum hunc diem id est unicum filium suum sicut non
creavit sed genuit. ita nec accidentali dono bonum fecit. sed essentiali bonitate bo-
num semper habuit. solusque hic est in quo iustificando nihil omnino laboravit. aut
perfectum eius expectando patientiam aliquando habuit. Ad creandos angelos et ho-
mines sapientiae suae impensas contulit. et propter illos salvandos sive discer-
nendos. misericordiam et iudicium hinc et inde magnis impendiis edificavit. ut totus
miratur orbis. et universa iam dudum magnificat curia celi. In isto solo nichil
umquam fuit quod resisteret ei. sive ille in sinu eius pausavit. sive mittatur iussu
ipsius naturam nostrae carnis induit. Igitur hic unus est in quo deus requievit. et si super nos requi-
escit. non nisi pro quanto conformamur huic. pro tanto super nos requiescit. Ait itaque hec
sacrosancta non hominis sed digiti dei scriptura. Et requievit deus die septimo ab omni
opere suo quod patrarat. et benedixit diei septimo et sanctificavit illum. quia in ipso cessa-
verat ab omni opere suo quod creavit deus ut faceret. Etiam si Salustius ille auc- C. 24
tor certissimus sit. et verum dicat horum fluminum fontes in armenia demonstri